

liberātus est. 7. Postquam Tarquinius Superbus Romā expulsus erat, ibi duo consules creāti sunt. 8. Omnes dei ad nuptias Pelei, regis Thessaliae, et Thetidis deae invitāti erant, praeter Discordiam. 9. Sorōres Phaētōnis in arbōres mutātae sunt. 10. Postquam Helvetii a Caesāre victi erant, multae gentes Galliae eum auxilio contra Germānos vocavērunt. 11. Aristīdes, qui cognomīne Iustus appellātus erat, in exsilium missus est. 12. Legāti ad Caesārem ab eis nationibus, quae trans Rhenum habitābant, missi sunt pacem rogātum. 13. Postquam Numitōri regnum Albanōrum itērum mandātum est, Romūlus et Remus statuērunt novam urbem aedificāre in eis locis, ubi inventi et educāti erant. 14. Aristaeus Eurydīcem flores carpentem rapēre cupivērat, sed illa a serpente necāta erat. 15. Non prius dormiēmus, quam negotia nostra finīta erunt.

VII. Перекладіть українською мовою:

De equo ligneo

Paris a Priāmo rege in Graeciam missus est. Ibi Helēnam, uxōrem regis Menelai, rapuit et secum Troiam duxit. Itāque bellum a Graecis Troiānis indictum est. Ubi Graeci magnis cum copiis ad litus Asiae venērunt, Troiam expugnāre temptavērunt. Sed decem annos Troia ab incōlis magnā virtūte defendebātur. Tandem Troiāni a Graecis dolo victi sunt. Equum ligneum fecērunt, milītes in equo occultavērunt, equum et Sinōnem, virum callīdum, in litōre reliquērunt, ipsi ad insūlam proximam recessērunt. Troiāni magno cum gaudio castra Graecōrum deserta vidērunt. Sino de equo ligneo interrogātus est. Ille dixit: “Equus ligneus donum deōrum est. Trahīte eum in oppīdum vestrum et collocāte in foro!” Troiāni ita, ut Sino dixit, fecērunt. Nocte is Graecos ex equo liberāvit et portas oppīdi aperuit. Relīqui Graeci in oppīdum intravērunt et Troiānos, qui pericūlum non exspectābant, necavērunt et oppīdum delevērunt

De Circae dolis

Ulixes, postquam diu per undas navigavērat, insūlam Circae intrāvit. Ibi vir omnium Graecōrum callidissīmus socios suos in villam Circae misit. Dea Ulixis comitibus vinum venēno mixtum praebuit et hospītes suos in sues mutāvit. Mercurius deus de dolis Circae regem Itacōrum docuērat remediumque dedērat et dixērat: “Auxilio remedii a me dato pericūlum vitābis!” Verbis dei monītus Ulixes villam Circae intrāvit et deam gladio acri ursit arcuitque dolos perniciosos. Omnes socii a Circa Ulixis iussū in viros mutāti sunt. Sic Ulixes cum comitibus vivus ex insūla evāsit.

Mandāte memoriae sententias Latīnas

- ✓ Acta est fabūla. – Вистава закінчена.
- ✓ Acti labōres iucundi. – Звершена праця – приємна.
- ✓ Alea iacta est (*Caes.*). – Жереб кинуто.
- ✓ Amīcum proba, probātum ama. – Друга випробуй, випробуваного – люби.
- ✓ Causa finīta est. – Справа закінчена.
- ✓ Etiam sanāto vulnēre cicatrix manet. – Навіть загоєні рани залишають шрами.
- ✓ Fele comprehensa saltant mures in mensā. – Коли kota піймають, миші на столі гасають.
- ✓ Id quod actum est. – Те, що зроблено.
- ✓ Id quod dictum est. – Те, що сказано.
- ✓ Lex videt irātum, irātus legem non videt. – Закон бачить розгніваного, розгніваний не бачить закону.
- ✓ Littera scripta manet. – Написана літера залишається.
- ✓ Missa vox nescit reverti. – Вимовлене слово не знає повернення.
- ✓ Munēra sumpta ligant. – Прийняті подарунки зобов'язують.

Тема: Вказівні займенники. Означальні займенники

I.Провідмінійте словосполучення: ille orātor clarus; haec lex Romāna; idem anīmal ferox.

II.Перекладіть українською мовою: 1. Illa verba semper memoriā tenebuntur. 2. Eius verba semper memoriā tenebuntur. 3. His discipūlis illi septem colles Romae antīquae noti sunt. 4. In illo monte Romūlus Romam condīdit. 5. Hi ipsi tanto studio labōrant. 6. Titus montes altos vidit, montium altitūdo magnum terrōrem ei iniēcit. 7. Non omnes homīnes de iisdem rebus habent eandem opiniōnem. 8. Non semper iīdem homīnes de iisdem rebus eādem iudicant. 9. Ignavia corpus hebētat, labor firmat: illa matūram senectūtem, hic longam adulescentiam reddit.

III.Поставте вказівні займенники в правильній відмінковій формі, перекладіть речення:

is, ea, id

1. Discipūli magistrum audiunt; in ... manībus librum vident. 2. Romāni machīnas multas non habēbant, sed in ... urbībus multi laborābant servi. 3. In foro Romāno multa templa erant; ... vestigia etiam hodie vidēmus. 4. Romāni per Alpes iter faciēbant et trans ... in Galliam perveniebant. 5. Marcus filiam ... homīnis amat.

hic, haec, hoc

1. ... arbōrum poma collegimus. 2. ... homo dives est. 3. ... discipūlis magister praemia dat. 4. In ... urbe vicimus.

IV. Визначте відмінкові форми словосполучень: ei consilio, haec verba, illa femīna, hoc bellum, eo mari, hi exercitus, eius sensus, is fructus, eādem sententia, eīdem mores, huius discipūli, ipsi amīci, hic mundus.

V. Утворіть та провідмінійте словосполучення:

hic, haec, hoc – verbum, i, n; exercitus, us, m; virgo, ūnis, f; idem, eadem, idem – magister, tri, m; mare, is, n; femīna, ae, f; ille, illa, illud – humus, i, f; dies, eī m; cornu, us, n.

VI. Перекладіть, замініть виділені іменники відповідними формами займенника is, ea, id:

Pisistrātus diu imperābat, nam imperium **Pisistrāti** iustum erat. Popūlus tyrannum amābat, libenter **tyranno** parēbat, saepe de diligentia **tyranni** narrābat. Sed filii **Pisistrāti** superbiā et iniuriā non vacābant. Interdum viri boni a **filiis** Pisistrāti contumeliis violabantur; itaque popūlus Athenārum: “Iniurias **tyrannōrum**, – inquit, – non iam sustinebimus, sed **tyrannos** e patriā fugabimus!”

VII. Перекладіть українською мовою:

De Saturnaliis

Aetāte Satūrni, antiquissīmi regis Latii, omnes Latīni libēri erant atque bona iuraque omnia omnibus erant communia. Hanc aetātem tam beātam Romāni auream nominābant. Homīnes antīqui memoriam aetātis tam beātae conservāre constituēbant. Romāni quotannis mense Decembri Saturnalia per complūres dies celebrābant. His diēbus festis iura servōrum et dominōrum aequabantur. Servi in convivio cum domīnis accubābant; domīni servis cibos et pocula ministrābant. Restat ex illa aetāte vetus illud proverbium: “Non semper erunt Saturnalia”.

Neptunus et Mars

Iovis frater Neptūnus erat; ille erat maris deus. Illius voluntāte fluctus et excitābantur et sedēbantur. Illum nautae saepe plus quam maxīmum deum Iovem colēbant. Ex arboribus pinus ei consecrāta erat, ex qua naves aedificābantur, ex animalibus equus, quoniam fluctus maris celeritāti equis similes sunt. Mars, quem Romāni filium Iovis putābant, belli deus erat. Iste apud Romānos, gentem bellicōsam, in summo honōre erat. Consecrātus ei erat lupus, bestia ferox.

De Graecis et Romānis

Graeci et Romāni nobilissīmi popūli sunt antiquitātis; illi in artibus et littēris, hi in bellis laude egregii erant; horum milites et imperatores, illorum poetas et philosophos maxime celebramus. Clarae illae Romanorum pugnae et plurimae victoriae semper sunt in admiratione, Graecorum autem praeclara illa artificia et carmina pulcherrima ex hominum memoria nunquam evanescunt. Ob haec facta et has virtutes merito et Graeci et Romani aeterna gloria florent; merito in illis quasi exemplar multarum virtutum videmus.

De Amore

Amor deus amoris est, Martis et Venēris filius, uxorem autem habet Psycheam. Hoc verbo Graeci animam significant. Olim femina mortalis erat. Diu coniugem suum toto orbi terrarum quaerebat nec invenire poterat. Sed nunc dea est caelestis et in caelo semper laeti convivunt. Homines Amorem pulcherrimum nec non horribilem putant, in manibus semper sagittas tenentem. Inter terram et caelum volat et in viros feminasque sagittas suas mittit. Iuppiter ipse, deus maximus, potentiam Amoris timet. Tres autem deae pudicitiae, – Minerva, Vesta, Diana, – imperio Amoris non parent. Saepe homines Amorem adulescentem formosum fingunt, sed non raro Amor puer parvulus cum alis pingitur. Hesiodus autem poeta Amorem non in iuvenibus, sed in primis antiquissimisque deis numerat.

Mandate memoriae sententias Latinas

- ✓ Amoris vulnus sanat idem, qui facit. – Любовні рани заліковує той, хто їх робить.
- ✓ Cave illum semper, qui tibi imposuit semel. – Завжди остерігайся того, хто обманув тебе хоча б один раз.
- ✓ Cuius regio, eius lingua. – Чия країна, того й мова.
- ✓ De grege illo est. – З того самого тіста.
- ✓ De se ipso modice, de aliis honorifice. – Про себе самого скромно, а про інших з повагою.
- ✓ Discipulus piger sibi ipsi nocet non magistro. – Лінивий учень шкодить сам собі, а не вчителю.
- ✓ Eiusdem farinae. – З того самого борошна.
- ✓ Eo ipso. – Тим самим.
- ✓ Felicitas humana nunquam in eodem statu permanet. – Людське щастя ніколи не буває постійним.
- ✓ In idem flumen bis non descendimus. – Ми не входимо двічі в одну і ту саму річку.

- ✓ In nobis ipsis est fons fortunae. – У нас самих джерело щастя.
- ✓ Is plurimum habet, qui nimium cupit. – Той найбільше має, хто мало жадає.
- ✓ Non is beatus est, cuius divitiae magnae sunt, sed is, qui sua sorte contentus est. – Не той щасливий, хто має великі багатства, а той, хто задоволений своєю долею.
- ✓ Piger ipse sibi obstat. – Лінивий сам собі шкодить.
- ✓ Qui fodit alteri foveam, incidit in eam. – Хто іншому яму копає, сам до неї попадає.

Тема: Відносні займенники. Питальні займенники. Заперечні займенники

I. Визначте відмінок і число займенників: neminem, quorum, quibus, nullos, quis?, nulla re, nihil, cui, quae, cuius?

II. Провідмінійте словосполучення: nullus locus; quae urbs; qui populus; quod nomen.

III. Перекладіть українською мовою: 1. Quid carius est quam patria? 2. Quis dicit? – Nemo dicit. 3. Quid videmus? – Nihil videmus. 4. Quid dulcius hominibus est, quam liberi? 5. Homines interdum non eadem dicunt, quae sentiunt. 6. Nihil est agricultura melius, nihil dulcius (Cicero). 7. Qui probus est, beatus est. 8. Nemo sapientior fuit, quam Socrates, qui dicebat: “Nunc unum scio: nihil scio”. 9. Nemo enim omnia scit. 10. Quem poetam magis laudant quam Homerum? 11. Bonis nocet, qui malis parit. 12. Cras flebunt, qui hodie rident.

IV. Перекладіть латинською мовою:

1. Щасливі ті батьки, діти яких добрі й працьовиті. 2. Ми шануємо письменників, які писали про Рим. 3. Яку книгу ти читаєш? 4. Ніхто не може все знати.

V. Перекладіть українською мовою:

Cornu Amalthae

Amalthaea erat nympha celebris, quae in montibus insulae Cretae habitabat. Nympha speciem capellae habuit. Amalthaea lacte suo infantem Iovem, quem Saturnus, pater eius, necare constituerat, albat. Cornu eius mirabile erat: quis homo id habebat, illi nihil deerat; unde dictum “cornu Amalthae”, id est, cornu abundantiae. Postquam Iuppiter regnum deorum hominumque in potestatem suam recepit, nympham Amaltheam in stellam, nomine Capellam, mutavit.

De Apollīne

Apollo a hominībus antīquis frater Diānae putabātur. Pater eius erat Iuppīter, mater Latōna. Apollo in magnō honōre apud antīquos erat. Dei caput ornabātur laureā, quae Apollīni sacra erat. Etiam poētae, qui in tutelā Apollīnis erant, corōnis laureis capīta ornābant. Deus magnifica habet vestimenta, quae more muliērum longa sunt. Deus, quem homīnes antīqui colēbant, solis domīnus erat, cui omnia animalia vitam debent. Comītes Apollīnis erant Musae. Poētae antīqui Apollīnem Musārum ducem, poētārum patrem, carmīnum auctōrem, medicīnae inventōrem nomīnant. Apollo, Iovis filius carissīmus, custos eius legum erat. Deus cives ad sevēram vitae disciplīnam educābat. Quare ei homīnes, qui leges divīnas violavērant, ab Apollīne puniebantur. Is deus acritenens vocabātur; Apollo arcum tenens mala homīnum facinōra sagittis multābat.

De Croeso et Solōne

Cui vestrum fortūna Croesi, regis Lydiae, nota est? Eis, qui vitam eius ignōrant, de superbia eius nonnulla narrābo.

Croesus in Asiae urbe habitābat, cui nomen erat Sardes. Hic rex, cuius divitiae erant ingentes, magnam potentiam habēbat.

Aliquando Solo Atheniensis, quem Graeci inter septem sapientes numeravērunt, ad Croesum venit. Iussu regis omnes divitiae regiae ei monstrabantur. Deinde Croesus eum interrogāvit: “Quis felicissīmus omnium est?” Ille: “Tellus Atheniensis, – inquit, – mea sententia, felicissīmus fuit, nam ei boni et probi libēri erant, et pro patria pugnans vitam efflāvit. Et res humānae cadūcae sunt et saepe mutantur”.

VI. Перекладіть речення латинською мовою:

1. Хто мене кличе? 2. Що ти робиш, мій друже? 3. Люди часто не люблять тих, кого бояться. 4. Кому з нас невідомі вірші наших поетів? 5. Хто з вас прочитав поеми Гомера?

Mandāte memoriae sententias Latīnas

- ✓ Aut Caesar, aut nihil. – Або Цезар, або ніщо.
- ✓ Cui bono? Cui prodest (*Cicēro*). – У чиїх інтересах? Кому вигідно? Кому на користь?
- ✓ Ex nihilo nihil (*Lucretius*). – З нічого – ніщо.
- ✓ Homo sum, humāni nihil a me aliēnum puto. – Я – людина, і ніщо людське мені не чуже.
- ✓ In omnibus aliquid, in toto nihil. – Усього потроху, а в цілому – нічого.
- ✓ Invia virtūti nulla est via. – Для мужності жодна дорога не є непрохідною.

- ✓ *Malum nullum est sine aliquo bono.* – Немає лиха без якогось добра.
- ✓ *Neminem fedit, qui malitia vivit.* – Нікому не довіряє той, хто живе нечесно.
- ✓ *Neminem metuit innocens.* – Невинний нікого не боїться.
- ✓ *Nihil est difficile volenti.* – Для бажаючого нема жодних труднощів.
- ✓ *Nihil est simul et inventum et perfectum.* – Ніщо не буває винайденим і водночас досконалим.
- ✓ *Nihil tam volucre est, quam mala fama.* – Ніщо не є таким швидким, як погана чутка.
- ✓ *Non omne, quod nitet, aurum est.* – Не все те золото, що блищить.
- ✓ *Nullus locus tibi dulcior esse debet patriā tuā (Cicero).* – Жодне місце (на землі) не повинно бути тобі милішим за твою Батьківщину.
- ✓ *Nusquam est, qui ubique est.* – Ніде не буває той, хто буває всюди.
- ✓ *Quaelibet vulpes caudam suam laudat.* – Кожна лисиця свій хвіст хвалить.
- ✓ *Qui nimis propere, minus prospere.* – Хто занадто спішить, тому менше щастить.
- ✓ *Qui scribit, bis legit.* – Хто пише, той двічі читає.
- ✓ *Quod non licet, acrius urit.* – Що не дозволено, притягає сильніше.
- ✓ *Quidquid domi est, vile est.* – Усе, що є вдома – дешево.
- ✓ *Quo quisque est doctior, eo est modestior.* – Хто мудріший, той скромніший.

Тема: Відкладні дієслова. Напіввідкладні дієслова

I.Провідмініайте в усіх часах дієслова: nascor, natus sum, nasci – народжуватись; soleo, solitus sum, solere – мати звичку.

II.Визначте граматичні форми дієслів, перекладіть українською мовою: oriebatur, orietur; audent, audēbant; moritur, mortuus est; arbitrabor, arbitrare; experti sumus, experiuntur.

III.Перекладіть українською мовою: 1. “Ut arbitratur, ita loquitur”, idem est, quod: “Ut putat, ita dicit”. 2. Vincere scis, Hannibal, victoriā uti nescis. 3. Amor, ut lacrima, ab oculis oritur, in cor cadit. 4. Audire disce, si nescis loqui. 5. Non moriuntur opera poetarum clarorum. 6. Medicamentorum actionem viri docti in animalibus primo experiuntur. 7. Hieme Suebi in fluminibus lavari solēbant. 8. Homo sapiens loquitur et tacēbit recto tempore. 9. Sine vitiiis nemo natus est, nemo nascitur, nemo

nascētur. 10. Datis beneficiis plus, quam acceptis, gaude. 11. Nemo inter serpentes et scorpiones secūrus ingreditur. 12. Olim in urbe Athēnis nobīles dominabantur, paupēres opprimebantur. 13. Magistri discipulos hortantur.

IV. Доповніть речення відповідною дієслівною формою, перекладіть українською мовою: 1. Iason, vellere aureo raptō, ad socios reversus se beneficio deōrum pericūla effugisse (gaudeo, gavisus sum, ēre). 2. Troiāni, portā clausā, pericūlum sibi imminere non (arbitror, ātus sum, āri). 3. Olim in urbe Athēnis nobīles (dominor, ātus sum, āri), paupēres (opprimo, pressi, pressum, ēre). 4. Post pugnam Marathoniam Themistocles munere ducis (fungor, functus sum, fungi). 5. Persae urbe Atheniensium (potior, tītus sum, īri). 6. Pauci sciunt rebus secundis bene (utor, usus sum, uti).

V. Перекладіть українською мовою:

De Croesi filio

Croeso, Lydiae regi, filius erat, eximia forma et praestanti ingenio; loqui autem non poterat. Omni arte usi erant medici, nihil tamen efficere potuerunt. Sardibus a Cyro captis, miles quidam stricto gladio in Croesum irruerat. Tum puer, amore commotus, summa vi loqui conatus est. Tandem magna voce exclamavit: "Parce Croeso!"

De Romae antiquae initio

Si Plutarcho, scriptori Graeco, credimus, urbs Roma eo modo condita est. Romulus, postquam novam urbem condere decrevit, ad montem Palatinum pervenit et ibi constitit. Loco occupato, Romulus, vir summa religione, immortales deos oravit et victimas sacras immolavit. Amicitiam cum deis Romulus auxilium perpetuum immortalium et praesidium attulit. Confectis rebus, fossam in colle fecit. Tum universi eius comites concurrerunt: in eam fossam fructus Albae collectos iecerunt et humum, quam ex ea urbe secum portaverunt. Ut primum fossa plena fuit, Romulus, igne facto, ibi aram collocavit. Deinde aratro sacrum sulcum duxit, in quo urbis moenia postea aedificata sunt. Aratro tamen aliquando sublato, supererant certa spatia, ubi portae urbis fuerunt. Urbe condita, Romulus intra moenia domos aedificari iussit.

VI. Перекладіть латинський вислів "Cancrum recta ingredi doces". Доберіть відповідники в сучасних мовах.

Mandate memoriae sententias Latīnas

- ✓ Auscultare disce, si nescis loqui. – Учися вислуховувати, якщо не вмієш говорити.
- ✓ Aut vincere, aut mori. – Перемогти або вмерти.
- ✓ Concordia parvae res crescunt, discordia maxima dilabuntur. –

Незначні справи у згоді ростуть, а найбільші в незгоді руйнуються.

✓ *Dormiunt aliquando leges, numquam moriuntur.* – Закони інколи сплять, але ніколи не помирають.

✓ *Dulce et decōrum est pro patria mori.* – Солодко і почесно померти за батьківщину.

✓ *Gloriāri aliēnis bonis.* – Хвалитися чужими заслугами.

✓ *Nic mortui vivunt et muti loquuntur.* – Тут мертві живуть, а німі говорять (*про бібліотеки, меморіали тощо*).

✓ *In felīci signo nasci.* – Народитися під щасливим знаком.

✓ *Maria montesque pollicēri.* – Обіцяти моря і гори (*золоті гори обіцяти*).

✓ *Memento mori.* – Пам'ятай про смерть (*форма привітання ченців ордену траппістів*).

✓ *Non progrēdi est regrēdi.* – Не простувати вперед – значить іти назад.

✓ *Primum vivēre, deinde philosophāri.* – Спершу жити, а потім – мудрувати.

✓ *Rem tene, verba sequentur.* – Влови суть, а слова прийдуть.

Тема: Неправильні дієслова. Дієслова складені з sum. Дієслов fero, tuli, latum, ferre – нести. Дієслова volo, volui, velle – хотіти; nolo, nolui, nolle – не хотіти; malo, malui, malle – воліти, надавати перевагу. Дієслово eo, ii, itum, ire – йти. Дієслово fio, factus sum, fiēri – ставатись. Недостатні дієслова

I. Визначте та перекладіть форми дієслів:

interest, potui, aberāmus, insunt, abest, potuērint, afuerātis, praefuīmus, prosunt, posse;

fert, tulisti, lata eram, ferēbant, ferētis;

vis, volunt, volam, voluīmus, vult;

noluīmus, nolētis, nolo, maluēro, maluērunt;

it, īmus, iisti (isti), fiebāmus, facta sunt, fiētis, est (edit), edunt, ederātis, inquit

II. Провідмініайте в усіх часах системи інфекта дієслова:

adsum, adfui (affui), adesse; praesum, praefui, praesesse

III. Утворіть третю особу однини всіх часів дійсного способу від дієслова fero . Перекладіть українською мовою кожен форму.

IV. Утворіть третю особу однини дійсного способу всіх часів системи інфекта від дієслів eo, fio, edo, aīo, inquam. Перекладіть